Salzburg (?), Ende 15. Jh.

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=979
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



lxxxij 79

timebat uero plebe. Introiuit
autem satanas in iudam qui cog
nominabat scariothi unum de dua
decim. et abiit et locutus est cum
principibus sacerdotum et magis
tribus. quemadmodum illum traderet
eis. Et gauisi sunt et pacti sunt.
pecuniam illi dare. Et spopon
dit. Et quaerebat opportunitatem.
ut traderet illum sine turbis. Venit
autem dies azimorum. in qua necesse
erat occidi pascha. Et misit
petrum et iohannem dicens. Euntes
parate nobis pascha ut manducemus. At illi dixerunt. Vbi vis
paremus. Et dixit ad eos. Ecce
introeuntibus uobis in ciuitatem.
occurret uobis homo amphoram aquae portans. Sequimini
eum in domum in qua intrat. et di
cetis patrifamilias domus. Dicit
tibi magister. Vbi est diuersorium.
ubi pascha cum discipulis meis
manducem. Et ipse uobis ostendet
uobis cenaculum magnum
stratum. et ibi parate. Euntes
autem inuenerunt sicut dixit illis
et parauerunt pascha. Et cum facta
esset hora discubuit. et duodecim
apostoli cum eo. Et ait illis. Deside
rio desideraui hoc pascha man
ducare uobiscum. antequam pa
ti. Dico enim uobis. quia ex hoc
non manducabo illud. donec im
pleatur in regno dei. Et accep
to calice gratias egit et dixit. Ac
cipite et diuidite inter uos.
Dico enim uobis. quia non bibam
de generatione uitis donec regnum
dei veniat. Et accepto pane
gratias egit ac fregit. et dedit eis
dicens. Hoc est corpus meum.
quod pro uobis tradetur. hoc facite in
meam commemorationem. Similiter et
calicem postquam cenauit dicens.
Hic est calix nouum testamentum
in sanguine meo qui pro
uobis effundetur. Verumtamen
ecce manus tradentis me me
cum est in mensa. Et quidem filius
hominis secundum quod diffinitum est
uadit. Verumtamen ue homini
illi per quem tradetur. Et ipsi cepe
runt quaerere inter se quis esset
ex eis qui hoc facturus esset.
Facta est autem et contentio inter
eos quis eorum videretur esse maior.
Dixit autem eis. Reges gentium
dominantur eorum. et qui potestatem habent
super eos benefici uocantur. Vos
autem non sic. sed qui maior est
in uobis fiat sicut iunior. et
qui praecessor est sicut ministrator.
Nam quis maior est qui recum
bit an qui ministrat. Nonne qui
recumbit. Ego autem in medio
uestrum sum sicut qui ministrat. Vos
autem estis qui permansistis me
cum in temptationibus meis. Et
ego dispono uobis sicut di